Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



credant in istum libera uoluntate; Qui non est mecum
aduersum me est. & qui non colligit mecum dispergit; Non
putet quisquam de heretici & scismaticis quam quam & ita ex
superfluo possit intellegi. Sed ex consequentibus textus
sermonis ad diabolum refertur. & quo non possint opera sal
uatoris beelzebub operibus conparari; Ille cupit animas hom
num tenere captiuas dns liberare; ille predicat idola hic unus
dei notitiam; ille trahit ad uitia hic ad uirtutes reuocat;
Cum inmundus sps exierit de homine. pambulat ploca
inaquosa. Quamuis simpliciter intellegi possit
dnm haec ad distinctionem suorum satanae operum ad
uinxisse. quod scilicet ipse semper polluta mundare. sa
tanas uero mundata grauioribus festinet contaminare
sordibus. tamen & de heretico quolibet ut scismatico ut
& iam malo catholico potest non inconuenienter accipi;
De quo tempore baptismatis sps inmundus qui prius in eo
habitauerat. ad confessionem catholicae fidei abrenunti
ationemque conuersationis eiciatur. locaque inaquosa pagret
idem corda in fidelium. quae in molitiae fluxe cogita
tionis expurgata sint. callidus insidiator explorat. si
quos ibi forte suos nequitiae gressus figere possit; sed
bene dicitur querens requiem & non inuenit. quia
castas mentes effugiens. in solo diabolus corde prauorum
gratam sibi potest inueni requiem; Unde de illo dns;
sub umbra inquit dormit in secreto calami. & in locis
humentibus; In umbra uidelicet. tenebrosas conscientias.
in calamo qui foris nitidus. intus est uacuus simulatrices.
in locis umentibus lasciuas mollesque mentes insinuans;
c dicit reuertar in domum meum unde exiui; Timendus est iste
uersiculus. non exponendus. ne culpa quam in nobis extinc
tam credebamus. per incuriam nos uacantes opprimat;
& cum uenerit. inuenit scopis mundatam; Hoc est gratia
baptismatis [illegible] a peccatorum labe castigatam sed nulla
boni operis industria cumulatam. Unde bene matheus
hanc domum uacantem scopis mundatam atque ornatam dicit
inuentam; Mundatam uidelicet a uitiis pristinis per baptis
mum. uacantem a bonis actibus per neglegentiam. ornatam
simulatis uirtutibus per hypocrisin; & tunc uadit & adsumit

reuertar